



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab Anno Christi 1100. Usque Ad Annum 1143

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1762

VD18 90117999

§. 55. Monasterium de Gratia plena.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66385](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66385)

Sæcul. XII. - Alexio in Imperio successit filius Jo-
A.C. 1115. annes Comnenus, a Græcis *Calo-Joan-*
nes, id est, Joannes pulcher, dictus, qui
 annis viginti quatuor sceptrum rotavit.

§. LV.

Monasterium de GRATIA PLENA.

Typic. Iren. Imperatrix Irene *Ducas Alexii* Conjux
to. 1. Annal. fundato Constantinopoli puellarum
Græc. pag. Monasterio proprias Constitutiones de-
 128. dit; id enim juris in Græcia Monasterio-
 rum Conditioribus concedebatur. Por-
 ro hæc Irenis Constitutiones habemus,
 ex quibus non nulla memorabilia de con-
 suetudinibus Monialium Græcarum di-
 scimus. Istud Monasterium, S. Mariæ

6. 5. Virgini, sub nomine *de Gratia plena*, Sa-
 crum, ad alendas Virgines viginti qua-
 tuor destinatum erat, addita licentia, ea-
 rum numerum ad quadraginta augendi,
 si forte pinguiores census advenirent.

6. 1. In ipso Fundationis Decreto a potestate
 tam Imperatoris quam Patriarchæ, atque
 ab omni jurisdictione sive Ecclesiastica si-
 ve Sæculari eximebatur; sed erat sub
 tutela Irenis Imperatricis, quæ si ipsa

6. 80. decessisset, aliquam Cæsareæ Stirpis fe-
 minam

cidentis cum militibus in Palæstinam proficiscen-
 tes & in Germania cum Imperatoribus militantes,
 conspiciamus, haud ex toto mentita dici potest
 hæc femina.

lius Jo-
-Joan-
us, qui
tavit.

ENA.
Conjux
llarum
es de
sterio-
Por-
emus,
e con-
m di-
Maria
a, Sa-
qua-
a, ea-
endi,
rent.
state
tque
ca si-
sub
ipfa
s fe-
nam
cent-
ates,
otell

minam, ordine ab ipsa designato, in hanc Sæcul. XII.
 curam substituerat. Si quæ ex Cæsarea A.C. 1118.
 familia Princeps hoc monasterium in-
 gressa fuisset, quibusdam privilegiis gau- c. 4.
 debat, nec tanto rigore, quo ceteræ, ad
 Regulam servandam adstringebatur. Vir- c. 7.
 gines Novitias gratis suscipere oportebat,
 nisi ultro quidquam oblatum fuisset. c. 9. 10.
 Bona immobilia monasterii nunquam, sed
 tantum mobilia urgente necessitate alie-
 nari poterant. Primam Abbatissam suo
 arbitrio Imperatrix novellis Monialibus
 dedit, addita Sanctione, ut futuro tem-
 pore a tota congregatione eligeretur, &
 deponi posset. Ad expedienda negotia c. 11. Et c.
 externa constitutus erat œconomus, ex
 præcepto Regulæ Eynuchus, quemadmo-
 dum & duo Presbyteri, qui in domo illa
 ministrabant, ac si fieri posset, ex ordine c. 14.
 monastico evocabantur. Unicum habe-
 bant Patrem Spiritualem, & ipsum evi-
 ratum, cui Virgines cogitationes suas
 confitebantur.

Omnes moniales in uno loco dormie-
 bant, ut altera ab altera conspici posset.
 Manibus suis laborabant, & illo tempore
 earum aliqua Sacram Scripturam præle-
 gebat. Non ita erant inclusæ, ut nun-
 quam femina, præsertim propinqua, ad
 eas invisere possent. Si vir venisset,
 monialis vocata ad portam monasterii,
 quadam seniore spectante, ei loqueba-
 tur.

- Sæcul. XII. tur. Quin non nunquam exhibant, ut
 A.C. 1118. patrem suum matremve ægrotantem so-
 larentur. Sæpe diversa alimenta præ-
 scribuntur in Quadragesima, aliisque
 c. 46. Sc. diebus jejunii. Quando in tempus je-
 junii dies festi incidebant, aliquid de ab-
 stinentia juxta consuetudinem Ecclesiæ
 Græcæ relaxabatur, quæ tamen indul-
 gentia non ad plura quam ad usum olei,
 vini, aut piscium extendebatur. Reli-
 giosa & stricta paupertas a Regula com-
 mendatur, & prohibetur omnis proprie-
 tas. Omnes Moniales singulis mensibus
 c. 50. Sc. semel balneo utantur, infirmæ toties,
 quoties præscripserit medicus, qui vel
 spado vel senex decrepitus sit. Quia an-
 gustus erat locus defunctæ Moniales ex-
 tra monasterium sepeliebantur; ac in
 hunc finem Irene Imperatrix exiguum
 monasterium, Cellareum dictum, & ma-
 gnæ Ecclesiæ subjectum a Nicolao Pa-
 triarcha obtinuerat, quo mortuæ trans-
 ferebantur, tot monialibus, quot Abba-
 tissa præcepisset, exequias ducentibus.
 Hæc de Constitutionibus Monasterii, ab
 Irene Imperatrice extracti, memoranda
 mihi videbantur.

§. LVI.

Gelasius Papa in Provincia.

Gelasius II. Papa, cum tuto Romæ ver-
 sari non posset, ex urbe excessit, se-
 cunda